Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Ad esto nobis dne deus nr ut quos tuis Compl
misteriis recreasti perpetuis defende presidiis. Q
Misere mihi domine qm Fia ij. officium misse
conculcauit me homo tota die bellans tribulauit me qui
conculcauit me inimici mei tota die quoniam multi bellantes ad
me sum me Oremus Aeternum Genitor. Oratio
Sanctifica quesumus domine munera tua et munda
nos a peccatis nostris per mysterium sanguinis
Q dicit: illis. Factum Lectio ypheze. Factum est verbum domini ad ionam prophetam secundo dicens.
Surge et vade in ninive ciuitatem magnam: et prodi
in ea predicatione quam ego loquor ad te. Et surrexit
ionas et abiit in ninive iuxta verbum dni. Et ninive
erat ciuitas magna: itinere dierum tum. Et cepit iona
ire in ciuitatem itinere diei vnius: et clamauit et di
xit. Adhuc quadraginta dies: et ninive subuertet. Et cre
dderunt viri ninive in domino: et predicauerunt
ieunium et vestiti sunt saccis a maiore vsque ad mi
norem. Et peruenit verbum ad regem ninive: et surre
xit de solio suo. et abiecit vestimentum suum a se:
et indutus est sacco. et sedit in cinere. Et clamauit
et dixit in ninive ex ore regis et principum eius dicens
Homines et iumenta et boues et pecora non gustent
quicquam nec pascantur et aquam non bibant: et operi
entur saccis homines et iumenta et clament ad deum
in fortitudine: et conuertatur vir a via sua mala: et
ab iniquitate que est in manibus eorum. Quis scit si con
uertatur et ignoscat deus et reuertatur a furore ire sue
et non peribimus. et vidit deus opera eorum. quia conuersi sunt
de via sua mala et misertus est super malo quod dixerat